olim Gnosum Nicolaum de Goray Ceryło Dapiferum Terrae Sa-
nocen modo obligatorio super bonis suis haereditarijs villarum
Łanycze et Piaski et Tribus medijs Laneis agri in Villa Sto-
cince consisten, memorato olim Gnoso Stanislao Węglinski
Avo sui Recognoscentis et Annae de Radzimow Conjugibus
coram Actis Terrestribus Praemislien seu alijs quibusvis
Authenticis Regni inscripta provenit et denuatur, seq Reco-
gnoscentem post fata praefatae olim Dorotheae Węglinska
matris suae inter alios sui Recognoscentis consuccessores
Jure legitimo et naturali spectat et concernit plenarie satisfa-
ctum est. ob quam eiusmodi praestitam satisfactionem seu eundem
Gnosum Stanislaum Paliosz eiusq Posteros de Summa eadem
ad sortem sui Recognoscentis spectante, Quietat, emittit,
dimittit, liberumq et absolutum perpetuo facit et pronun-
ciat, Inscriptionem obligatoriam, per eundem olim Gnosum
Ceryło recognitam ex Jure suo successorio quoad personam
suam spectat, Cassat, et de bonis certarum sortium Villae Brzo-
zowa Wisnia sibi Recognoscenti in summa eadem ad portio-
nem suam spectan per eundem Gnosum Stanislaum Paliosz, tan-
quam mariti olim Gnosi Michaelis Paliosz summae eiusdem
in bonis suprascriptis memorati olim Gnosi Ceryło haeredem
Evictoris, fratrem germanum missis et hucusq per se pos-
sessis condescendit, Recognoscens sibi in his oibus plenarie satisfactum esse.

Jaworski Conti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Ca-
pitanealibus Praemislien Nobilis Nicolaus Jaworski Trostaciowicz sanus mente
et corpore existens, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibus q
suis quibusvis proprijs et competen recedendo praesenti Sto Castren
Capitaneali
[illegible] alias Ligęza

Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinen-
tem cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et
plenarie incorporando, atq subijciendo, palam libere, publice ac per
expressum recognouit. Quia ipse nobilis Anna Religiosi Ancho-
nij Poponis in Opaka filia sui vero Recognoscentis Consorti legiti-
ma et eius posteris summam Octaginta florenorum polonicorum ratio-
ne vero dotis et expeditionis post ipsam acceptas et in domum
suam importatas, necnon aliam similem summam Octua-
ginta florenorum polonicorum ratione certi, veri, iusti, et liquidi do-
talitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum
generaliter omnium, haereditariorum, obligatoriorum, mobi-
lium et immobilium, summarumq quarumuis pecuniarum necnon
auri, argenti, clenodiorum, vnionum, margaritarum, vesti-
vestimentorum, stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum pecu-
dum, equorum equitiorum, ac totius supellectilis domesticae,
nunc habitorum et in post habendorum, dedit, donauit, dotalita-
uit, inscripsit et reformauit, prout dat, donat, dotali-
tat, inscribit et reformat praesentibus. Per ipsam Nobilem
Annam Jaworska sui Recognoscentis Consortem Legitimam
et ipsius posteros, eandem medietatem bonorum suorum ge-
neraliter omnium, cum vniuersis ipsius vtilitatibus, et
vsufructibus, competentijsq et praerogatiua quauis, tenendo
habendo, et possidendo, illisq quiete et pacifice vtifruendi,
ac ad vsus suos, et suorum Successorum quosuis beneplacitos
libere et effectualiter conuertendi. Vigore ac mo-
re clariorum Reformationum hactenus et diutius
in Regno Poloniae obseruari solitarum.

Tymieniecka Perillustri et Adm. Rndo Bronikowski Canco Prem. Debet